Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uunctam. Qui productus
ad urbem Romam ab omni se
natu romano audito acce
pit sententiam capitalem. Dei
autem mater Lucia uirgo sacra
tissima de loco in quo per
cussa est penitus mota est.
neque cessauit eius spe. nisi
uenientibus sacerdotibus et
mysteria eis dantibus atque oi
bus eis dicentibus. Amen.
illa emisit spiritum. In eodem
loco fabricata est sanctitati
eius basilica. in qua omni
nes eius florent nunc et
semper. per dominum nostrum ihesum
xpm. Qui uiuit et re. per
omnia secla seclorum amen.

De sancta Ottilia uirgine.

Temporibus
Childerici
imperatoris
erat quidam dux nomine
adalricus qui alio nomine
etich dicebatur. ex nobi
lissimis parentibus gene
ris originem sortiens.
galliensium territorio et
undus. Pater uero illius
nomine liuthericus in palatio
predicti imperatoris honore
maiorus domus sublima
tus erat. Filius autem eius
cum esset iustus uitamque re
ligiosam laico habitu quasi
positus ducere cupiens di
inspirante gratia cogitare ce
pit ut aliquem locum habi
tabilem ad domini mysterium ipsem
dum prepararet. Archanum
siu cordis fidelibus suis
pandere cepit. qui consili
um domini sui cognoscentes
ac uoluntati sue libenter
satisfacientes et secretum
tenuerunt. et tandem loci
dum desideratum. requisitque
manifestauit dicentes.
uenatores ipsius quendam
repisse locum in excelsis
montibus situm cui nomen